- Nr. 5. Insignia. COSMVS. III. D. G. MAG. DVX. ITRV.
VI. 1697. A. Rosarium, cum epigr. GRA-
TIA. OBVIA. VLTIO. QVAESITA. LIEVRNI.

FERDINANDVS II.

- Nr. 1. Insignia. FERDIN. II. MAGN. DVX. FTR. A.
Angelus et Maria: ECCE. ANCILLA. DOM.
infra: 1675.

Pisa.

- Nr. 1. Caput velatum Mariae. SVPER. OMNES. SPECIO-
SA. A. Stella ASPICE. PISAS. 1718.

Genua.

- Nr. 1. CRUX in area. CONRADVS. REX. ROMA. B. C.
A. Rudis delineatio insignium vrbis, inter
duas litteras A. A.: ANTONIOTVS. ADVR. GE-
NVE. DVX. ☉
2. CRUX inter quatuor stellas. CONRADVS. II.
ROMANOR. REX. A. S. A. Clatrum, vel
signum ciuitatis, cum continuatione tituli:
DVX. ET. GVE. REIP. GENV. 1567.
3. Similis, minoris moduli.
4. CRUX inter quatuor stellas. DVX. ET. RESP.
GENV. A. Maria cum infante Iesu nubibus
sustentata, dextra sceptrum tenens, caput
eius septem stellis circumdatum est: ET. RE-
GE. EOS. 1676. I. L. M.

Man-

Mantua.

VINCENTIVS II.

- Nr. I. Imago eius, capite nudo, cum magno lineo monili rigenti. VINCEN. II. D. C. DVX. MANT. VII. E. M. F. V. 1627. A. Canis cum monili: FERIS. TANTVM. INFENSVS.

CAROLVS I.

- Nr. I. Imago eius, capite nudo. CAROLVS. I. D. G. DVX. MA. E. M. F. T. infra: 1631. A. Sol in Zodiaco, cum epigr. NEC. RETROGRADIOR. NEC DEVIO.

FED. GONZAGA.

- Nr. I. Insignia. FED. GON. DVX. MAN. F. M. R. MON. FE. A. Figura militaris, galeata, genua flectens, a Christo poculum recipiens: ISTO. RECEPTO. NIHIL. infra: TRISTE.

GVILIELMVS.

- Nr. I. Insignia. GVILIELMVS. DVX. MAN. III. E. M. M. F. A. Similis precedenti.

Tabula CXLIII.
Mediolanum.

Nr. 1. **C**.UX. H. LVDOVICVS. IMP. A. In area:
MEDIOLANVM.

FRANCISCVS SFORCIA.

Nr. 1. Caput eius nudum. FRANCISCVS. SFORCIA. V.C.
A. Dux eques, stricto gladio. In stragulo
equi est scutum familiae, cum epigraphe:
DVX. MEDIOLANI. P. PIE. D. ☉

IOHANNES GALEACEVS.

Nr. 1. Imago, cum mitra. IO. G3. M. SE. VICECOS.
DVX. M.LI. S. X. A. Scutum, in quo insi-
gnia Mediolani et Mantuae, cum duobus ga-
leis: P. P. ANGLE. Q3. COS. 7. C. ☉

2. Caput nudum. LVDOVICVS. PATRVVS. GV. NANS.
A. Caput nudum: IO. GZ. M. SF. VICECO.
DVX. MLI. SX.

3. Imago eius, capite nudo. GALEAZ. M. SF.
VICECO. DVX. M. - - A. Insignia: P. P.
ANGLE. Q3. CO. AC. IANVE. D.

PHILIPPVS MARIA.

Nr. 1. Dux, eques, vt in praecedenti. PHILIPP. MA-
RIA. - - - A. Insignia familiae, ad-
dito monogrammate PI. et MA. coronata:
DVX. MEDIOLAN. ☉

Mi-

Mirandola.

I. F. PICVS.

- Nr. 1. Caput eius, pileatum. I. F. PICVS. MIRAND.
D. C. C. A. Monachus, genibus flexis,
Christum crucifixum intuens: AMORIS. MI-
RACVLVM. ○

LVDOVICVS PICVS II.

- Nr. 1. Insignia. LVDOVICVS. P. II. MIR. CON. Q. DNS.
A. Episcopus, vestitu episcopali indutus,
sedens, cum pedo episcopali: S. POSSIDONIVS.
MIR. EPI.

Mutina.

FRANCISCVS I.

- Nr. 1. Imago eius, armati, capite nudo, cum
lato monili lineo fimbriato. FR. I. MVT. RE.
E. C. DVX. VIII. A. Naus, expansis velis:
NON. ALIO. SIDERE. 1639.
2. Insignia. IVRE. ET. TEMPORE. 1672. 50. ST.
Nummus quadrangularis.
3. Similis, 25. ST.

Parma.

FED. VALLIS TARI.

- Nr. 1. Imago eius, armati, capite nudo, cum
magno lineo monili. D. FED. LAN. S. R. I. AC.
bb 4 VALL

VALL. TARI. PRIN. IV. E. C. A. St. Francisus, in deserto orans: S. FRANCIS. PROTECT. NOSTER. infra MDCXXII. N. G.

Sabaudia.

EMANVEL PHILIBERTVS.

- Nr. 1. Dux armatus, eques, decurrens, dextra gladium, sinistra clypeum tenens. EM. PHILIB. D. G. DVX. SABVDIE. infra inter T 1577. A. Crux duplex Melitensis, in cuius cruribus quatuor scuta coronata, cum continuatione tituli: CHABIASI. ET. AVG. SAC. ROM. IMP. PRINCEP.
2. Imago eius, armati, capite nudo, a cuius collo pendent insignia aurei velleris. EMAN. PHILIB. DVX. SABAVD. A. Tropaeum, cum epigr. SPOLIATIS. ARMA. SUPERSVNT.

CAROLVS EMANVEL.

- Nr. 1. Imago eius, armati. CAROLVS. EM. D. G. DVX. SABAVDIAE. A. Insignia, FERT. CUM epigr. DE. VENTRE. MATRIS. DEVS. PROTECTOR MEVS.

MAR. IO. BAP. VIC. AM. II.

- Nr. 1. Duo capita iunctim posita. MAR. IO. BAP. VIC. AM. II. D. G. DVC. SAB. A. Insignia, cum continuatione tituli: PRINCI. PEDEM. REGES. CYP. infra: 1680.

VICTOR AMADEVS II.

- Nr. I. Caput eius nudum. VIC. AM. II. D. G. DVX.
SAB. A Insignia, cum continuato titulo:
PRIN. PEDE. REX. CYPRI. 1683.

Ragusa.

- Nr. I. Episcopus habitu episcopali indutus. RAGV-
SA. - - - 1687. A. Christus stans,
elata dextra: SALVS. TVTA.

Salutia.

LVDOVICVS.

- Nr. I. Imago eius pileati. LVDOVIC. MARCHIO. SA-
LVTE. A. St. Constantinus, eques: SANCT.
CONSTANTI.

GABRIEL.

- Nr. I. Insignia familiae inter litteras G. M. GABRIEL.
SALVCIARVM. MAR. A. Constantinus, eques,
cum labaro, in quo est crux: SANCTVS. CON-
STANT. ☉

MARGARETA.

- Nr. I. Caput eius velatum. MARGARETA. DI. EVXO.
MARCHIONISA. SALVTIAR. A. Arbor arida,
cui insidet avis, et a qua pendet scutum cum
insignibus: DEVS. PROTECTOR. ET. REFVGIVM.
MEVM.

ANT. CAI. TRIVVLS.

- Nr. 1. Imago eius, versus sinistram. ANT. CAIETANVS. TRIVVL. S. R. I. PRINCEPS. EC. A. Insignia cum continuatione tituli: COMES. M. XI. BAR. RETENNII. IMPER. XV. ETC. 1686.

Tabula CXLIV.

Venetiae.

- Nr. 1. St. Marcus, Duci genua flectenti, vexillum exhibet. GERMINAVIT. LILIVM. FLOREBIT. AETERNO. FR. MOL. DS. M. V. A. Sol radiis aliquid ante templum accendit: COHIBENTE. TERREVM. AETHEREO. infra: ANNO. VIII.
2. Figura muliebris, stans, dextra gladium, sinistra bilancem tenens. DILIGITE. IVSTITIAM. A. Leo Venetus: SANCTVS. MARCVS.
3. — — — A. Dux, genua flectens, oras: IN. TE. CONFIDEO.
4. Similis, pret. minor.
5. — — — A. Leo Venetus: PAX. TIBI. MARCE.

ANTONIVS PRIOL.

- Nr. 1. Dux, habitu ducali, genua flectens, a St. Marco insignia Venetiarum accipiens. ANTON.

TON. PRIOL. DVX. A. Christus in magna claritate: EGO. SVM. LVX. MVND. ☉

- Nr. 2. Crux florida. ANTON. PRIOL. DVX. VEN. G. R. A. Insignia: SA. CTVS. MARCVS. VENET.
3. Similis, minoris pretii.

LEONARDVS DONATVS.

- Nr. 1. Dux, genua flectens, a St. Marco vexillum accipit. LEON. DONAT. DVX. S. M. VENE. A. Christus in claritate: REGIS. ISTE. DVCAT. SIT. T. XPE. DATQ. TV. ☉
2. LEONAR. DONATO. DVX. A. EGO. SVM. LVX. MVN. Caetera vt in praecedenti. ☉
3. St. Marcus, sedens, Duci vexillum exhibens. LEONAR. LAVRED DVX. S. M. VENET. A. Christus, folio insidens: TIBI. SOLI. GLORIA.

ANDREAS.

- Nr. 1. St. Marcus, Duci genua flectenti, vexillum dans. ANDREAS. GRITL. DVX. S. M. VENET. A. Christus stans, elata dextra, sinistra globum crucigerum tenens: GLORIA. TIBI. SOLI.
2. Vt in praecedenti. AND. GRITL. DVX. S. M. VENET. A. Christus, folio insidens: TIBI. SOLI. GLORIA.

PETRVS.

- Nr. 1. — — — PETRVS. LANDO. DVX. S. M. VENET. A. vt in praecedenti nro. 1.

ALOY.

ALOY. MOCENIGO.

- Nr. 1. Christus, sedens, Duci vexillum porrigens.
ALOY. MOCENIGO. P. MVNT. infra: ANNO. VII.
A. Palatium. REDEMPTORI VOTVM. MDLXXVI.
2. St. Marcus, sedens, Duci vexillum porrigit.
ALOY. MOCENIGO. DVX. S. M. VENETVS. A. In
area: ALOYSII. MOCENIGO. PRINCIPIIS. MVNVS. AN-
NO. III. cum epigr. SALVT. AN. 1572. ET.
AB. VRBE. CONDITA. 1152.

M. ANT. TRAVIS.

- Nr. 1. Vt in praecedentibus. MARCVS. ANT. TRIVI-
SANO. S. M. VENETVS. A. In area: MAR-
CI. ANTONII. TRAVISANO. PRINCIPIIS. MVNVS.
ANNO. I.

PASCHALIS CIGOGNA.

- Nr. 1. Leo Venetus, Duci genua flectenti, vexil-
lum dans. PASC. CIGON. DVX. S. M. VENETVS.
A. St. Iustina, stans, dextra palmam, si-
nistra librum tenens, gladio in pectus ad-
acto: MEMOR. ERO. TVI. IYSTINA. VIRGO,
infra: 124.

IOHANNES BEMBO.

- Nr. 1. Crux florida. IOANNES. BEMBO. DVX. VEN.
L. V. A. Insignia: SANCTVS. MARCVS, VE-
NET. infra: 140.
2. Similis, sed minoris pretii.

FRAN-

FRANCISCVS ERIZZO.

- Nr. 1. Dux, habitu ducali, genua flectens, a St. Marco insignia Venetiarum accipiens. FRANC. ERIZ. DVX. S. M. VENE. A. Christus in magna claritate: EGO. SVM. LVX. MVND. ☉
2. — — —. A. Christus glorificatus: SIT. T. XPE. DATQ. TV. REGIS. ISTE. DVCAT. ☉
3. Crux florida. FRANC. ERIZZO. DVX. VEN. infra: D. M. A. Insignia: SANCTVS. MARCVS. VENET. infra: 140.
4. In scuto quadrato leo Venetus prae se fert. FRANCIS. ERICIO. V. D. MVNV. ANNO. XIII. infra: A. L. A. Arbor, cui infidit Maria cum Iesu: DEDI. SVAVITATEM. ODORIS.
5. Leo Venetus Duci vexillum tradens: FRANC. ERI. D. S. M. V. infra: Z. M. E. A. St. Iustina, stans, dextra palmam, sinistra librum tenens, pectori infixio gladio: MEMOR. ERO. TVI. IVSTINA. VIRGO.

BRET. VALERIVS.

- Nr. 1. Dux, genua flectens, dextra vexillum tenens. — — — VALERIO. D. infra: B. V. A. Leo Venetus: SANCT. MARC. VEN. infra: VIII.

IOHANNES PISAVRVS.

- Nr. Dux, genua flectens, dextra vexillum tenens. IOHANNES. PISAVRO. DVX. infra: B. V. A. Similis praecedenti. infra: XII.

DOMINIC. CONTARINI.

- Nr. 1. St Marcus, sedens, Duci vexillum porrigens. DOMIN. CONT. DVX. S. M. VEN. A. Leo Venetus: DVCATVS. VENETVS.
2. Leo Venetus, Duci vexillum dans. DOMIN. CONT. DVX. S. M. VEN. infra G. D. A. St. Iustina, stans, dextra palmam, sinistra librum tenens, pectori gladio infixo: MEMOR. ERO. TVL. IVSTINA. VIR. infra: 62.
3. St. Marcus Duci vexillum dans. DOMIN. CONT. DVX. S. M. VEN. infra: Z. Q. A. Leo Venetus: MEDI. DVCAT. VENET.
4. Crux florida. DOMINIC. CONTAR. DVX. VEN. infra: C. L. A. Insignia: SANCTVS. MARC. VENE. infra: 17 $\frac{1}{2}$.

ALOYSIVS CONTARINI.

- Nr. 1. Dux, genua flectens, orans. ALOYSIVS. CONT. D. A. Typus Iustitiae: DILIGITE. IVSTITIAM. infra: P. M.

ANTONIVS IVSTINIANVS.

- Nr. 1. St Marcus, Duci genua flectenti, vexillum porrigens. ANT. IVSTINIANVS. D. S. M. V. infra: A. D. A. Insignia: QVAR. DVCAT. VENET.

*Tabula CXLV.**Respublica Venetiarum.*

- Nr. 1. **L**eo Venetus coronatus a brachio e coelo protenso, dextro pede librum apertum, in quo legitur: PAX. TIBI. MARCE. EVANGELISTA. MEVS. sinistro captiuos Turcas adcatenatos tenens. LEONI. VLTORI. 1685. A. Ichnographia Moreae.
2. In area: MOREA. PLATANI. FOLIO. SIMILIS. IAM. LAVRY. PALMISQ. ORNAT. VENETVM. LEONEM. PATRASSO. LEPANTO. VALDISSIMIS. VRBIBVS. ET. DVOBVS. CASTRIS. DARDANELLI. XXIV. HORARVM. SPATIO. QVAE. SECVLI. GESTA. VIDEANTVR. A. TVRCIS. RECEPTIS. D. $\frac{14}{24}$. ET. $\frac{15}{23}$. IVL. MDCLXXXVII. L. C. I. Λ . Varia castella in prospectu, nec non triremes: VOTA. VRBIS. ET. ORBIS.
3. Venetiae in prospectu. VRBS. VICTRIX. A. Figura muliebris, turrata et alata, sedens, dextra palmam et clypeum, in quo leguntur: DE. TVRCIS. 1686. tenens, adstantibus quinque geniis, delineationes diuersarum vrbiū et arcium, ostendentibus.

Verona.

- Nr. 1. Caput Imperatoris coronatum. MAXIMILIANVS. CAESAR. A. St. Zeno, habitu episcopali, sedens: S. ZENO. PROTEC. VERONAE. \odot

Vrbinum

FRANCISCVS MARIA.

- Nr. I. Insignia. FRANCISCVS. MARIA. II. VRBINI. DVX.
X. VI. T. C. G. A. Figura quadrangula
implicata, cum duobus ramis quercinis:
GROSSI. XX. infra: L. X.

Tabula CXLVI.

Pontifices.

PAVLVS II.

- Nr. I. **C**hristus, pastor, et St. Petrus, cum infi-
gnibus pontificatus familiae. PAVLVS. II.
PONT. MAX. AN. I. PETRE. PASCE. OVES. MEAS.
A. Naus fluctibus maris iactata, hominibus
plena: ADIVVA. NOS. et Christus in littore
maris stans, adloquitur quendam periturum:
MODICE. FIDEI. QVARE. DVBITAS. ☉

ALEXANDER IV.

- Nr. I. Effigies eius, capite nudo, ornatu pontifi-
cali. ALEXANDER. VI. PONT. MAXIMVS. A.
Angelus aduolans, tauro iugum imponens:
OB. SAPIENTIAM. CVM. FORTVNA. CONIVNC.

LEO

LEO X.

Nr. Insignia Pontificis et familiae ipsius. LEO. X.
PONT. MAX. A. Navis cum duobus remi-
gibus: NAVIS. AETERNA. SALVTIS. ☉

CLEMENS VII.

Nr. 1. Insignia familiae Mediceae et Papae. CLEMENS.
VII. PONTIF. MAX. A. Duo capita sibi oppo-
sita: ALMA. ROMA.

2. Infans Christus in praesepio. HODIE. SALVS-
FACTA. EST. MVNDO. in exerg. CLEMENS. VII.
ANNO. IVBILAEI. A. Papa, malleo murum
portae destruens, comitantibus illum pere-
grinatoribus, genua flectentibus; in coelo apparet
St. Petrus, clavi portam aperiens, cum
epigr. SVNT. ET. PORTAE. COELI. APERTAE.

IVLIVS III.

Nr. Insignia Pontificis, cum insignibus familiae Ma-
riae de Monte. IVLIVS. TERTIVS. PONT. OPT.
MAX. A. Figura muliebris seminuda, se-
dens, dextro cubitu fellae incumbens, sinistra
baculum tenens: SECVRITAS. POPVLI. ROMANI.
infra: ALMA. ROMA.

PAVLVS IV.

Nr. 1. Insignia familiae Caraffae. PAVLVS. IIII. PONT.
MAX. A. St. Paulus, stans, dextra gladium,
sinistra librum clausum tenens: S. PAVLVS.
ANGONA.

GREGORIUS XIII.

- Nr. 1. Effigies eius, habitu monachali induti, et pileati. GREGORIUS. XIII. PO T. MAX. A. III. F. C. A. Porta: MDLXXV. cum epigr. NIHIL. COINQUINATVM. infra: ROMA.
2. Effigies eius, ornatu pontificali induti, capite nudo. GREGORIUS. XIII. PONT. MAX. ANNO. IVBILEI. A. Pontifex maximus, comitibus Cardinalibus et Episcopis, portam aperiens, peregrinantibus vtriusque sexus genua flectentibus. Petrus, portam coeli aperiens. in exerg. DOMVS. DEI. ET. PORTA. COELI. 1575.

SIXTVS V.

- Nr. 1. Effigies eius, ornatu pontificali induti, capite nudo. SIXTVS. V. PONT. MAX. A. Baptisma Christi: SIC. DECET. IMPLERE. infra: ROMA.
2. Effigies eius, capite nudo. SIXTVS. V. PONT. MAX. A. III. A. Christus crucifixus, St. Francisco genua flectenti, apparet: IN. TESSITIO. infra: ROMAE.

CLEMENS VIII.

- Nr. 1. Effigies eius, capite nudo. CLEMENS. VIII. PONT. MAX. A. IX. A. Pontifex maximus, adstante clero, peccatores supplices absoluit: ABSOLVTO. ANNO. IVBILEI. infra: cl. bc. ⊙

Nr. 2.

- Nr. 2. Effigies eius, capite nudo. CLEMENS. VIII.
PONT. MAX. A. VIII. A. Papa in pontificalibus,
sedens in medio duorum Cardinalium; co-
ram illo Monachus, e cathedra praelegens,
duobus ministris sacris buccinantibus: IVBI-
LAEI. INDICTIO. infra: AN. MDC.
3. Effigies eius, palliati et mitrati. CLEMENS. VIII.
PONT. MAX. A. VII. A. Ferrara in prospe-
ctu: FERRARIA. RECEPTA.

PAVLVS V.

- Nr. 1. Effigies eius in pontificalibus, capite nudo.
PAVLVS. V. PONT. MAX. AV. A. Theatrum.
PVBLICAE. COMMODITATI. RESTITVIT. MDCIX.
Numus fufus.
2. — — — AN. VII. *Ian. Mor.* A.
Papa, folio infidens, adstantibus Cardina-
libus et aliis genua flectentibus, apertum li-
brum tenens: INTER. SANCTOS. REFERT. in
exerg. CARD. BORROMEVM. AO. MDCX.
3. — — — AN. VIII. A. Templum.
DEL. GENITRICI. SEMPER. VIRGINI. infra: MDCXII.
4. — — — AN. VIII. A. Templum
St. Pauli. IN. HONOREM. PRINCIPIS. APOST.
infra: AN. MDCXIII.
5. Effigies eius, pontificali ornatu induti, ca-
pite nudo. PAVLVS. V. BVROHESIVS. RO. P.
MAX. AN. XV. A. Porta. SACELLVM. IN.
PALATIO. QVIRIN. infra: MDCXIX.

GREGORIVS XV.

- Nr. 1. Effigies eius, in pontificalibus, capite nudo.
 GREGORIVS. XV. PONT. MAX. A. III. A. Duæ
 figurae muliebres sedentes: quæ ad dextram
 est, dextra tenet coronam papaueris, libro
 impositam, sinistra crucem; quæ ad fini-
 stram est dextra ramum, sinistra cornu co-
 piæ, humi ante illam iacentibus armis et
 instrumentis bellicis: PACIS. ET. RELIGIONIS.
 AMOR.

VRBANVS VIII.

- Nr. 1. Effigies eius, in pontificalibus, capite nudo.
 VRBAN. VIII. PON. MAX. A. XIII. A. Aedi-
 ficium: FACIE. RESTITVTA. AEDE. EXORNA-
 TA.
2. — — — A. VIII. GAS. MOL. F.
 A. Figura galeata, sedens, dextra hastam
 transuersam, sinistra palatium vel templum
 in laurea tenens, cum epigr. AVCTA. AD. ME-
 TAVRYM. DITIONE. infra: ROMA.
3. — — — A. V. A. ARX St.
 Angeli: INSTRVCTA. MVNITA. PERFECTA. in-
 fra scutum pontificiæ familiae Barbalini:
 MDCXLVIII. ROMA.
4. — — — A. X. A. Monimen-
 tum, quatuor columnis exstructum: OR-
 NATO. SS. PETRI. ET. PAVLI. SEPVLCHRO. in-
 fra: MDOXXXIII.

Nr. 5.

- Nr. 5. Effigies eius, palliati et mitrati. VRBAN. VIII. PONT. MAX. A. XIV. A. Angelus Michael, galeatus, draconem alatum trucidans: VIVIT. DEVS.
6. Effigies eius, in pontificalibus. VRBANVS. VIII. PONT. MA. A. X. A. Christus, Apostolis pedes lauans. In exerg. TV. DOMINVS. ET. MAGISTER.
7. — — — ANN. VI. A. Christus, St. Petri pedes lauans, cum epigr. TV. DOMINVS. ET. MAGISTER. in exerg. EXEMPL. DEDI. VOBIS.

Tabula CXIVII.

INNOCENTIVS X.

- Nr. 1. Effigies eius, in pontificalibus. INNOCENTIVS. X. PONT. MAX. ANNO II. A. Christus, Petro supplici, benedictionem dans: IN. VERBO. TVO. infra: ROMAÆ.
2. — — — PONT. OPT. MAX. infra: 1651. A. Insignia familiae, pileo cardinalitio ornata: CAMILLEVS. CARD. PAMPHIEIVS. LEGAT. AVEN.
3. Insignia familiae. INNOCENTIVS. X. PONT. MAX. AN. X. A. Typus Iustitiae in laurea; infra: ROMA.
4. Caput eius mitratum. INNOCEN. X. PONT. MAX. A. III. A. Crux a duobus geniis sustentata,

tata; super illam caput Angeli: FRUCTVM. SVVM. DEDIT. IN. TEMPORE. ☉

- Nr. 5. Effigies eius, in pontificalibus, capite nudo. INNOCEN. X. PON. MAX. AN. I. A. Duo angeli crucem adorantes: FRUCTVM. SVVM. DEDIT. IN. TEMPORE. infra: *Opus Cormani.*
6. Effigies eius mitrata. INNOCENTIVS. X. PONT. MAX. AN. I. G. M. A. Duo genii crucem in aëre sustentantes: FRUCTVM. SVVM. DEDIT. IN. TEMPORE.
7. Effigies eius, capite nudo. INNOCENTIVS. X. PONT. MAX. AN. I. infra: *Opus Cormanni.* A. Christus, Petri pedes lauans: TV. DOMINVS. ET. MAGISTER in exerg. EXEMPL. DEDI. VOBIS.
8. Effigies eius, mitrata. INNOCEN. X. PON. MAX. A. IVBIL. MDCL. G. M. A. Vt in praecedenti.
9. Effigies eius, cum tiara pontificali et pluuiiali. INNOCEN. X. PON. MAX. A. V. G. M. A. Petrus, nubibus sustentatus, dextra claves, sinistra librum clausum tenens: VT. THESA- VROS. ANNI. SANCTIORIS. TECVM. APERIAM.
10. Effigies eius, mitrati. INNOCEN. X. PON. MAX. A. III. G. M. A. Interior pars templi: VATICANIS. SACELLIS. INSIGNITIS.
11. Effigies eius, capite nudo. INNOCENTIVS. X. PON. MAX. A. III. A. Interior pars templi: DECOR. DOMVS DOMINI. MDCXLVII.

- Nr. 12. — — — AN. II. 1646. A. Facies exterior palatii, supra quam cernuntur insignia familiae Pamphiliae sub tiara pontificia, a duobus genis sustentata, in exerg. AEDIFICAT. ET. CVSTODIT.
13. Effigies eius cum tiara pontificali. INNOCEN. X. PON. MAX. AN. VI. A. Porta, in qua adparet Spiritus Sanctus, sub specie columbae, intra duos ramos: ET. PORTAE. COELI. APERTAE. SVNT. MDCL. infra: ROMA.
14. — — — A. IVB. infra: MDCL. A. Papa, adstantibus pluribus ecclesiasticis, portam referans. in exerg. OSTIVM. COELI. APERTVM. IN. TERRIS.
15. — — — INNOCEN. X. PON. MAX. A. VII. A. Petrus, nubibus sustentatus, dextra elata, sinistra globum crucigerum tenens: FIAT. PAX. IN. VIRTUTE. TVA.
16. Effigies eius, habitu ecclesiastico induti. INNOCENTIVS. X. PON. MAX. A. VIII. A. Fons, cum obelisco in foro Agonali, cum epigr. ABLVTO. AQVA. VIRGINE. infra: AGONALIVM. CRVORE.

ALEXANDER VII.

- Nr. 1. Effigies eius, vestimento ecclesiastico induti. ALEXAN. VII. PON. MAX. A. II. infra: MDCLVI. G. M. A. Porta Flaminia: FEL. FAVS. INGRES.

- Nr. 2. — — — A. III. A. St. Petrus occurrit angelo exitiali, qui dextra gladium, sinistra cranium tenet, aegrotis ante Vaticanum iacentibus: VT. VMERA. ILLIVS. LIBERARENTVR.
3. — — — A. XI. MDCLXV. A. Theatrum in capite Basilicae Vaticanae exstructum, in quo Papa in folio excelso sedens, ad dextram et sinistram coetum Cardinalium et aliorum Antistitum turba plenum: BEATOFRANCISCO. EPISCOPO. INTER. SANCTOS. RELATO.
4. Effigies eius, cum tiara pontificali et pluuiali. ALEXAN. VII. PONT. MAX. A. XII. A. Prospectus Vaticani templi cum porticibus: FVNDAMENTA. EIVS. IN. MONTIBVS. SANCTIS. IN. EXERG. VATICANI. TEMPLI. AREA. PORTICIEVS. ORNATA.

Tabula CXLVIII.

CLEMENS IX.

- Nr. 1. Effigies eius, habitu ecclesiastico. CLEM. IX. PONT. MAX. A. I. A. In sermo ex floribus contexto: DEDIT. INDICA. ROSA. ODOREM. SVAVITATIS. ANNO. MDCLXVIII.
2. Insignia familiae Rospigliosae, cum corona pontificali, et subiectis clauibus in formam crucis

crucis dispositis. CLEM. IX. PONT. MAX. A.
Caput Sancti cuiusdam: AVXILIUM. DE. SANC.

CLEMENS X.

- Nr. 1. Insignia familiae Altieri, cum corona pontifica. CLEMENS. X. PONT. MAX. A. Porta, cruce signata, dextro latere adposita statua St. Petri, sinistro vero St. Pauli: DABIT. FRUCTVM. SVVM. IN. TEMPORE. infra: MDCLXXV.
2. Effigies eius, vestitu ecclesiastico induti. CLEMENS. X. PONT. MAX. AN. IVR. in exerg. EQ. HIER. LVCENTI. A. Similis praecedenti.
3. — — — A. Porta sancta aperta, quam intrant peregrinatores, cum inscript. DILIGIT. DNVS. PORTAS. SION. infra: MDCLXXV.
4. Insignia Clementis X. pileo cardinalicio tecta. SEDE. VACA. TE. MDCLXXXIX. A. Spiritus sanctus, sub forma columbae: VBI. VULT. SPIRAT. infra: ROMA.
5. Insignia eius cum corona pontificali. CLEM. X. PONT. MAX. A. In aëa: SACROS. BASILIC. LATERAN. POSSÈSS. MDCLXX.

ALEXANDER VIII.

- Nr. 1. Effigies eius, mitrati et pluuiali induti. ALEXANDER. VIII. OTTHOBONVS. VENTVS. PONT. MAX. A. Mausoleum in eius honorem erectum, cum epigr. PETRVS. CARD. OTTHOBONVS. S. R. E. VICÈCANC. PATRVO. MAG. BENEME-

RENTI. POSVIT. MDCC. infra: COM. CAROLVS.II.
S. MARTIN. INVEN. ♀

- Nr. 2. Effigies eius, habitu ecclesiastico induti. ALEXANDER. VIII. PONT. MAX. I. A. SS. Petrus et Paulus stantes; infra scutum familiae Otoboni, 1689.
3. — — — A. St. Petronius Debon. stans, cum epigr. PETRONIVS. DEBON.

INNOCENTIVS XI.

- Nr. 1. Effigies eius, mitrati, versus sinistram. INNOCEN. XI. PONT. MAX. A. VIII. IO. HAMERANVS. F. A. In area inter duos ramos palmae: DEXTERA. TVA. DOMINE. PERCVSSIT. INIMICVM.
2. Caput eius, nudum, cum pluuiali. INNOCENTIVS. XI. PON. M. A. Vt in praecedenti Nr. 3.
3. Insignia familiae Odeschalchi, cum corona pontificali. INNOC. XI. P. M. A. Caput St. Pauli: SAN. PAVLVS. APOST. infra: ROMA.

INNOCENTIVS XII.

- Nr. 1. Effigies eius, vestitu ecclesiastico induti. INNOCEN. XII. PON. M. AN. V. infra: S. V. R. A. Papa supplex, vestitu ordinis sui indutus, Spiritum Sanctum adorans, corona pontifica

tificali coram illo posita, infra sunt insignia familiae Pignatelli: FIAT. PAX. IN. VIRTUTE. TVA.

- Nr. 2. Insignia familiae Pignatelli, cum corona pontificali. INNOC. XII. PONT. M. A. VII. A. In scuto ramis lauri circumtextio: ELEVAT. PAVPEREM. 1697.
3. — — — A. In laurea: EGENO. SPES. 1697.
4. Caput eius, cum pluviiali. INNOC. X. PONT. M. A. VII. A. St. Petronius stans, cum pedo: S. PETRONIVS. DE. BON.
5. Insignia, vt Nr. 2. A. Caput St. Petri: S. PETRVS. APO.

Tabula CXLIX.

Viri illustres

Ordine Alphabetico.

APRAXIN.

- Nr. 1. Effigies eius, facie ad sinistram versa: ЦРСКАГО. ВЕЛИЧЕСТВА. АДМИРАЛЬ. ΘΕ. ΜΑ. ΑΠΡΑΥΙΝΗ. infra: *Gouinf.* 1708. A. Quatuor naues bellicae et certamen in littore maris; supra duae manus e nubibus protensae lauream tenent, cum epigr.

епигр. ХРАНЯИ. СТЕ. НЕСЧИТЪ. ЛУЧШЕ.
СМЕРТЬ. А. НЕ. НЕВЪРНОСТЬ. in ex-
erg 1708. НАВРТ. F.

IOHANNES BANERVS.

Nr. I. Effigies eius, armati, capite nudo, ad-
uersa facie. IOH. BANERVS. DO. MICH. REG.
SVE. CONS. PET. MIL - - - GENERALIS.
BLVM. f. A. Brachium e coelo protensum,
gladium libro impositum, et sertum trans-
euntem tenens; Iehoua radios suos spargente,
cum epigr. ENSEM. PROQVE. DEO. DEXTERA.
FERTQVE. SVECO.

BASSIANVS, CAVINEVS ET BONAIVTVS.

Nr. I Capita iugata Bassiani et Cauini: ALEXAND.
BASSIANVS. F. IOHAN. CAVINEVS. PATAVINI.
A. Caput Bonauiti: MARCVS. MANTVA. BO-
NAVITVS. PATAVINVS. IVR. CON. ♀

LVDOVICVS DE BEN.

Nr. I. Effigies eius, armati, capite nudo, cum cin-
gulo militari et ornamento colli sub mento.
LVD. DE. BEN. CAR. ET. TOL. MAR. DF. FRO.
CARZ. BELG. PROV. GVB. A. Aedificium
trium contignationum, cum epigr. NISI. DNVS.
AEDIFICAVERIT. DOMVM. IN. VANVM. LABORA-
VERVNT. QVI. AEDIFICANT. EAM. in exerg.
DOMVS. DNI.

IACOB BOHME.

- Nr. 1. Effigies eius, palliati, capite nudo. IACOB. BOHME. TERTONICVS. PHILOSOPHVS. A In area, stilo lapidari descripta est eius vita. Nummus fufus.

PETRVS BRAHE.

- Nr. 1. Effigies eius, armati, capite nudo, cum fascia circa collum. PETRVS. BRAHE. R. S. DORTZET₉. COMES. IN. WYSINGSBOVRG. L. B. IN. CAIANA. NATVS. AO. 1602. I. R. A. Insignia stemmatis eius, 1664. cum epigr. VERVM. DECVS. IN. VIRTUTE. POSITVM.

IOH. WOLFERD. D. BRED.

- Nr. 1. Effigies eius, armati, capite nudo, aduersa facie, a cuius collo pendet insigne ordinis Elephantini, cum ornamento colli ad mentum. IOH. WOLFERDVS. D. D BRED. COM. NAT. EX. COM. HOLL. DOM. S. D. V. A. VICE. C. H. T. CONF. BEL. IN. C. MARSCH. G. P.V.A.F. A. Caput apri igni impositum: ETSI. MORTVVS. VEIT. clbclv. Numus fufus.

P. BEMBO.

- Nr. 1. Effigies eius, cum galero. Auersa deest.

IOH. CALVINVS.

- Nr. 1. Effigies eius, pileati. IOHANNES. CALVINVS. PICARD. NOVIODVN. ECCLES. GENEV. PASTOR.

A.

A. Fama, expansis alis, dextro pede lapidem, cui inscriptum est: VIRTUS. calcans, dextra tubam ori admouens, sinistra librum apertum, cum inscriptione: DOCTRINA. tenens, cum epigr. DOCTRINA. ET. VIRTUS. HOMINES. POST. FVNERA. CLARAT.

IAM. COSTON.

Nr. 1. Litera C inter duas stellas et cor inter literas I et E. IAMES. COSTON. A. Eadem, cum continuatione praecedentis: OF. DEAL. 1653. ♀

IOH. MICH DILHERVS.

Nr. 1. Effigies eius, capite nudo, cum ornamento colli sub mento. IOH. MICH. DILHERVS. NAT^o. 14. OCT. 1604. A. Christus cruci fixus in cauerna, cum epigr. IN. FORAMINIBVS. PETRAE. QUIFSCO. 1666.

ROB. COM. ESSEX.

Nr. 1. Caput eius, nudum. ROB. ESSEX. COM. MIL. PARL. DVX. GEN. A. Foemina lamentabunda, prope columnam ruptam, super quam incisae sunt literae F. E. R. T. sedens, cum epigr. HINC. ILLAE. LACRYMAE. in exerg. ABRVP. SEP. 14, 1646. ⊙

P. EVGENIVS.

Nr. 1. Effigies eius, capite nudo, armati; a cuius collo pendent insignia aurei velleris. EVGENIVS.

NIVS. FRANC. DVX. SAB. S. C. M. GENER. CVB. MEDIOL. P. H. M. A. Genius Italiae, dextra fulmen, sinistra palmam tenens, dextro pede figuram armatam, scuto Franciae tectam, humi prosternit; adstante alia, sinistra scutum Sabaudiae tenente. Mediolanum, sub figura muliebri, clauem ipsis offert, cum epigr. GENIO. TVTELARI. ITALIAE. in EXERG. SABAVD. LIBERAT. MEDIOLAN. RESTITVT. DVCE. AVRELIAN. CVM. EXERC. FVGATO. 1706.

GOLOWIN.

Nr. I. Effigies eius, facie ad dextram versa: THEODOR. ALEXID. GOLOVIN. CSAR. MAY. INT. BOYARIN. GENERAL. ET. BELLIC. EXPEDIT. COMMISSAR. 18. YAMLEGAT. A. Leo erectus, dextro pede gladium tenens, inter duos ramos lauri; supra illum pendet corona cum epigr. ET. CONSILIO. ET. ROBORE. ☉

HEDLINGER.

Nr. I. Caput nudum. A. Vlula galeata, dextro pede scutum et hastam tenens: ЛАГОМ. ♀

ARV. HORN.

Nr. I. Effigies eius, capite nudo. ARV. HORN. REGIS. SVEC. SEN. PRAES. CANCEL. ET. COMIT. A. 1720. MARESCH. *Hedlinger f.* A. Basis, cui imposita sunt insignia regni, nempe, corona, sceptrum, globus crucigerus, gladius,

dius, clavis adcatenata quatuor aliis basi-
bus. Super primam iacet gladius, secundam
caduceus, tertiam falx, quartam liber aper-
tus, cum epigr. AMABILI. VINCULO. IUNCTI.
in exerg. VIRO. IMMUTABILI. OB. RES. PA-
TRIAE. DEXTRE. FIDELITER. FELICITERQVE.
GESTAS. ORDO. EQVEST. R. S. IN. SEMPIT. ME-
MORIAM. CVDI. FEC. MDCCXX.

IOH. HVSS.

Nr. 1. Effigies eius, pileati. CREDO. VNAM. ESSE.
ECCLESIAM. SANCTAMSCATHOLICAM. IOAN. HVS.
A. Hus ad palum alligatus: ANNO. A. CHRIST.
NATO. 1405. IO. HVS. CONDEMNATVR. CUM
epigr. CENTVM. REVOLVTIS. ANNIS. DEO. RE-
SPONDEBITIS. ET. MIHI.

2. Similis, minoris moduli.

MATH. ISER.

Nr. 1. Effigies eius, capite nudo, pallio pastoralis
induti, ad sinistram versa. MATH. ISER. TH.
D. PAST. HOLM. PRIM. ET. CON. PRAESES. IN-
fra: AK. A. Pharus prope mare: MONSTRAT.
ITER. infra: 1654.

NIC. KEDERVS.

Nr. 1. Caput eius, nudum. NICOLAVS. KEDERVS.
HOLMENSIS. A. Phoenix, igni impositus,
solem aspiciens: VITAM. MIHI. MORS. RENO-
VABIT. ♀

IOH.

IOH. KEVEN.

- Nr. 1. Caput eius, nudum. IOAN. KEVEN. L. BARO.
A. In corona querna: VTRVMQVE. DECVS.

IOH. ADOLP. KIELMANN.

- Nr. 1. Effigies eius, aduersa facie, cum pilicolo
et ornamento colli ad mentum. IOH. ADOLPH.
KIELMANN. A. Insignia eius. Nummus in-
auratus et fufus.

2. — — — — A. Insignia: PRVDEN-
TIA. ET. SINCERE.

Tabula CL.


IGNAT. LEOP. LASSEL.

- Nr. 1. In arca: SYMB. VNI. SOLI. RĒVMI. AC. PER-
ILL. DNI. D. IGNAT. LEOP. LASSEL. A. CLI-
MAN. S. S. T. DOCT. PROTON. APOSTOL. CATH.
WRATIS. CANON. ARCH. LIGN. CONSIL. CONSIST.
ET. EPISC. ALVMNAT. RECTORIS. 1668. A.
Insignia, pileo cardinalico ornata.

IOACH. LEMMERMANN.

- Nr. 1. Insignia eius. IOACHIM. LEMMERMANN. SEN.
CONS. HAMB. NA. A. 1622. D. 18. 7br. DE-
NAT. 1704. 28. M. NO. EMOLVMENTVM. PA-
TRIAE. AETATEM. CONSVMPST. A. Nauis con-
tractis velis: IN. PORTV. TANDEM. SECVRA.

D. LUTHER.

- Nr 1. Imago Ioh. Hussi. M. IOHANNES. HVS. IST. ZV. COSTNITZ. VERERÄNDT. 1415. D. 6. IULII. A. Imago Lutheri, cum epigr. WAS. IENE. GANS. GEDACHT. HAT. DIESER. SCHWAN. VOLLBRACHT. infra: D. MARTIN. LUTHER.
2. Monogramma . D. M. L. 1626. A. Caput nudum. Mincris moduli.
3. Imago Lutheri, aduersa facie, capite nudo. WAS. IENE. GANS. GEDACHT. HAT. DIESER. SCHWAN. VOLLBRACHT. infra: D. MARTIN. LUTHER. A. Duo genii volantes, duos libros apertos tenent, in quorum altero scriptum legitur: DIE. TEVTSCH. BIBEL. in altero: CATFCHISMVS. in epigr. DVRC. GOTTES. GNADEN. HABEN. WIR. DIS. DOPPELT. GVT. ZV. DANCKEN. DIR.
4. Imago Lutheri, sinistra librum apertum, in quo scriptum est: VERBUM, DOMINI. MANET. IN. AETERNVM. 1630. s. D. tenentis. SCHEME. DICH. NICHT. DES. ZEUGNVS. MEINES. HERRN. SCHTME. DICH. AVCH. MEINER NICHT. PAVL. 2. TIM. I. 25. IVNY. 1530. A. IETZT. IVRIIRT. DIE. CHRISTENHEIT. VND. DANCKT. GOTT. FÜR. DIE. GNADEN-ZEIT. DA. DOCTOR. LUTHERS. HAND. VND. MYND. SEIN. WORT. DER. KIRCHE. MACHET. KYNDT. DEN. 25. IVNY. 4°. 1630. s. D.

- Nr. 5. Imago Lutheri, aduersa facie, capite nudo.
 TERTIVS. ELIAS. A. Ruinae ciuitatis, ad-
 uolante Fama, dextra tubam, sinistra librum
 apertum, in quo legitur: - - - EVAN-
 GELIYM. tenente, cum epigr. CECIDIT. CE-
 CIDIT. BABYLON. MAGNA.
6. Imago Lutheri. MARTINVS. LVTHERVVS. D. A.
 In area: NATVS. ISLEBIAE. A^o. 1483. D. 10.
 NOVEM. A. 1503. ERFVRTI. MAGISTER. A.
 1505. MONACHVS. AVGVSTIN. A. 1508. WIT-
 TENBERG. PROFESSOR. A. 1511. DOCTOR. THEOL.
 FACTVS. A. 1517. 31. OCTOB. REFORMATIO-
 NEM. THESISVS. CONTRA. INDVLG. COEPIT.
 A^o. 1521. IN. COMIT. WORM. DEFENDIT.
 PROSCRIPTVS. WARTVIRGI. DELITVIT. A. 1522.
 OB. TVRBAS. FANATICOR. WITENBERGAM. RE-
 DVX. BIBLIA. GERMAN. EDIDIT. A. 1525.
 CATA. BORIAM DVXIT. PRECIBVS. SCRIPTISQ.
 INSISTENS. OBHIT. ISLEB. A. 1546. D. CON-
 CORDIAE. 18. FEBR.
7. Dux Saxoniae, capite nudo, dextra gladium
 tenens, sinistra elata, et Lutherus dextra
 candelam ardentem habens, sinistra librum
 apertum mensae impositum, in quo legun-
 tur: BIBLIA. SACRA. V. D. M. L. monstrans.
 VERBYM. DOMINI. MANET. IN. APTFR. A. G.
 Z. E. LVTHERVVS. HATT. ANS. LICHT. GEBRACHT.
 GOTTES. WORT. AVS. DER. FINSTERN. NACHT.
 DAFÜR. DANCK. GOTT. DIE. CHRISTLICH SCHAAR.
 WEIL. ERS. ERHALTEN. HVNDERT. IAHR. GOTT.

IMMERDAR. SEIN. KIRCH. BEWAHR. MARTINVS.
LVTHERVS. THEOLOGIAE. D. C. M.

Nr. 8. Pars aduersa similis praecedenti. A. In area:
DAS. SICH. DES. WÖRTE. LICHT. DURCH. LV-
THERS. TREVE. HAND. NACH. LANGER. FIN-
STERNVS. ZVR. CHRISTENHEIT. GEWANDT.
PREIST. GOTT. DIE. CHRISTEN. SCHAAR. NVN.
ZWEYMAHL. HUNDERT. IAHR. infra: MARTINVS.
LVTHERVS. THEOLOGIAE. DOCTOR.

9. Liber apertus mensae impositus, in quo sunt
litterae: V. D. M. I. AE. WIE. VIEL. NACH. DIE-
SER. REGEL. EINHERGEHEN, ÜBER. DIE. SEYE-
FRIED. VND. BARMHERTZIGKEIT. infra: GAL.
VI. XVI. A. In laurea: DAS. ZWEYTE. IV-
BEL. IAHR. NACH. DER. REINEN. WIEDERHER-
STELLUNG. DES. EVANGELY. 1717.

10. ANNO. M.CCCC.XIII. ZV. COSTNITZ. WARD. DIE.
GANS. CEBRATEN. ANNO. MDXXI ZV. WVRMS.
ISTS. DEM. SCHWANEN. GERATN. AO. MDCI.
ZV. WITTENBERG. DEN. RAABEN. GOTT. BE-
WAR. MACH. DAS. KIND. DER. SVND. OFFEN-
BAR. 2. THESS. 2. DAN. 12. infra: GODE-
FRID. RAB. D. D. V. M. A. Vexilla San-
ctorum, corona triplex, effigies Papae tri-
plici corona tecta, adspergillum, liber cho-
realis, cui coruus infidet. Supra cernitur
anser in igne, et cygnus alteri oppositus.
infra: CVM. PRIVI. C. Epigraphe duplex: VND.
DER. KÖNIG. WIRD. THVN. WAS, ER. WIL.
VND.

VND. WIRD. SICH. ERHEBEN. VND. AVFWERF-
FEN. WIDER. ALLES. WAS. GOTT. IST. DANL.
I2. 2. THE. 2.

Nr. II. Vt Nr. 7., nisi quod gladius super men-
sam iaceat. VERBUM. DOMI. MANET. IN. AE-
TERNVM. A. Cygnus, 1617. cum epigr.
MARTINVS. LVTHERVVS, THEOLOGIAE. D.
1617.

12. In area: MARTINVS. LVTHERVVS. THEOLO-
GIAE. D. A. Candela accensa, quam ma-
nus modio tegit: ECCLESIA, NORICA. IVBI-
LANS.

IVL. CARD. MAZARINI.

Nr. I. Imago Mazarini, habitu cardinalicio induti,
cum pileolo. IVLIVS. CARDINALIS. MAZARI-
NVS. A. Mons in mari tumido: QVAM.
FRVSTRA. ET. MYRMVRE. QVANTO! infra:
1659.

2. Imago eius, vt in praecedenti. IVLIVS. CAR-
DINALIS. MAZARINVS. *Varin.* A. Exercitus
ad certamen paratus, procul cernitur vrbs
in prospectu: NVNG. ORBI. SERVIRE. LABOR.

3. Imago eius, aduersa !facie, cum pileolo,
IVLIVS. st. ROM. ECL. CARD. MAZARINVS. A.
Templum quatuor columnis, in cuius fron-
tispicio cernitur caput Iani bifrontis expref-
sum, duabus clauibus decussatim positis:
superius figura muliebris, dextra ramum, fini-

fra fertum tenet, et quouis latere geniu, tutubam ori admouens adparet. In laqueari legitur: GAL. M. P. in area: ANNO. 1660. Epigr. QVI. POSVIT. FINES. SVOS. PACEM. PSA. 47. infra: D. I. EQVES. DED. Nummus fufus.

- Nr. 4. Imago eius, habitu cardinalicio induti, cum pileolo, IVLIVS. CARDINALIS, MAZARINVS. A. Oculus, cum epigr. ET. NVTVM, FATA. SEQVNTVR. infra: 1660,
5. — — — A. Coelum pluuiosum; HINC. ORDO, HINC. COPIA. RERV. 1660.
6. — — — A. Anchora: FIRMANDO. FIRMIOR, HAERET. infra: 1660.

PHILIPPVS MELANCHTON.

- Nr. 1. PHILIPPVS. MELANTHON. A°. AETATIS. SVAE. XLVII. A. PSAL. 56. SVBDITVS. ESTO. DEO. ET. ORA. EVM. ANNO. MDXLIII.

IOACH. v. MER.

- Nr. 1. Septem scuta. A. Tabula, in qua scripta leguntur: IOACHIM. VAN. MER. CVD. †. BOG. supra tabulam grús stans, altero pede globum tenet. 1580.

MISKOWSKI.

- Nr. 1. In area inscriptio: MAGNVM. VECTIGAL. PARSIMONIA. ANNO. 1565. CIRCAP: ET. MISKOWSKI. DE. MIROW. REG. POLO. VICE. CANC. A. Insignia fami-

familiae Miskowski. Nummus ferreus auro obductus.

HIER. HARTW. MOLLER.

- Nr. 1. Insignia eius. HIERONI. HARTW. MÖLLER. CONSVL. R.FIP. PATRIAE. infra 1702. 6. xb.
A. Prospectus urbis, sole calore suo attra-
hente nubes: MIHI. TOLLUNT. NUBILA. SO-
LEM.

TH. MVNSTER.

- Nr. 1. WE. NICHT. GEBORE. IS. VTH. DE. WAT. VND.
GEIS. MAC. NICH. In area: DAT. WORT. IS.
FLEISCH. GEWORDEN. VN. WANET. IN. VNS.
A. THO. MVNSTER. cum duplici epigr. in
prima est continuatio dicti: INGAEN. INT,
RIKE. GADES. EIN. KONINCK. VP. RE. O⁹Λ. A.
in altera: EIN. CODT. EIN. GLOVE. EIN.
DOEPH.

2. Similis praecedenti, sed minoris pretii.

IACOB. DVX MONMVTH.

- Nr. 1. Imago eius, armati, capite nudo, cum
fascia circa colum. IACOBVS. DVX. MONMVTH.
A. Columna armis et instrumentis militari-
bus imposita, tribus coronis insignis, quam
figura militaris galeata inani ausu ascendere
fatagit: PROVIDENTIA. in exerg. IMPROVIDEN-
TIA.

Tabula CL.

BAR. ORTELIUS.

- Nr. 1. Caput eius nudum, aduersa facie. BAR. ORTL.
AETA. XXXVIII. 1553. A. Mulier velata,
in gremio Christum sepultum, dextra glo-
rificatum, sinistra crucifixum habens. RO. III.
cum epigr. ECCLESI. CONSOLA. IN. ADVE.
Nummus fufus.

LVD. PEREZ.

- Nr. 1. Imago eius, capite nudo, cum monili li-
neo crispato. LVDOVICVS. PERETZ. AET. LXVI.
1597. A. In area: IN. XPO. VITA. 1597.

CARL RABENHAVPT.

- Nr. 1. Imago eius, armati, cum fascia circa col-
lum et magno capillamento. CAROL⁹. RABEN-
HAVPT. G. G. ET. O. *Breuer*. A. Tropaeum
erectum ante urbem obsidione cinctam; in
vexillis legitur: COEVERD. N. SCHANS. OVD.
G. R. H. cum lemmate: CEDIT. MAIORI.
infra: 1672.

ARMAND. IOH. CARD. DE RICHELIEV.

- Nr. 1. Imago eius, cum mitra et monili lineo,
habitu monachali induti. ARMANDVS. IOAN.
CARD. DE. RICHELIEV. *I. Varin*. A. Genius

coelum stellis distinctum circa orbem terrarum
mouens: MENS. S DERA. VOLVIT. infra: 1631

MICH. ADR. DE RVYTER.

- Nr. 1. Imago eius, armati, aduersa facie, capite
uudo, a cuius collo pendent insignia St.
Georgii. MICHIEL. ADR. DE. RVYTER. R. L.
ADM. V. HOLL. E. WESTV. ETC. *P.V.A.f.*
A. Proclium nauale, cum inscriptione: ANN.
1667. DOOR. ORDER. VAN. HAER. R. HOOGH.
MOG. ONDERT. BELEYT. VAN. D. HEER. R. MICH.
A. D. RVYTER. L. AD. GENERAEL. SYN. BE-
SPRENGEN. OP. DE. RIVIER. VAN. CHATTAM.
DE. CONINCKS. OORLOGH. SCHEPEN. EN. DIE.
EN. DE. VERBRANT. EN. GESONCKEN.

PETRVS SEGVIER.

- Nr. 1. Imago eius, pallio induti, cum mitra et
ornamento colli ad mentum. PET. SEGVIER.
FR. CANCEL. DVX. VILLEMORT. A. Liber
septem sigillis clausus, in quo requiescit
agnus, mensae, cui mappa acu picta instrata
est, impositus: HIG. OMNIA. IVRE. RESOLVIT.
infra: 1663.

ISABELLA SESSA.

- Nr. 1. Caput eius, ornatum, more Romano. ISA-
BELLA. SESSA. MICHAEL. VENETA. A. Figu-
ra muliebris, stolata, frenum tenens, dextro
pede cranium calcans, pone illam galea, in-
dd 5 fra

fra clava, cum epigr. ΕΚ. ΗΘΑΕΜΟΥ. ΜΗΝΙ-
ΖΟΜΕΝ'Ι. ☉

CHRISTOPH. BAR DE SPARR.

Nr. 1. Imago eius, armati, capite nudo. OTTO.
CHRISTOPH. FREYHERR. VON. SPARR. AVF.
TRAMPE. PRENDEN. ET. C. ERHERR. *Höbn.*
1664. A. Insignia familiae: MDCLXIV. cum
duplici epigraphe: DER. R. K. AYCH. ZV. HVNG,
VND. BÖH. KÖN. MAIE. VND. S. C. DL. ZV.
BRAND. BESTALT. GENERAL. FELDMARSCHAL.
CHVRF. GEHAIM. KRIFGSRATH. OBERGOVERN.
DER. CHVRBRAND. HINT. POM. VND. HALB.
VEST. OBERST. ZV. ROS. V. PVÉS.

RVD. ERN. COM. DE STAREMBERG.

Nr. 1. Imago eius, armati, cum capillamento. RVD.
ERN. COM. A. STAREMBERG. GVB. VIENNAE.
OBSES. A. Statua Regis Poloniae in equo
alato. Corpora caesorum Turcarum cir-
cumiacent. In prospectu cernitur Vienna, et
in basi inscriptio legitur: IOA. III. POL. R. DE.
TYR. TAR. REB. VICT. AVG. 1683. cum
epigr. CUNCTIS. INOPINA, RELVXIT. TE. VI-
CTORE. SALVS.

AEGID. STRAVCH.

Nr. 1. Imago eius, cum mitra et ornamento
colli ad mentum. AEGIDIVS. STRAVCH. S. S.
THE. D. A. Insignia eius: NAT^o. 1632.

AO. 1675. D. 30. SEPTEMB. GEDANO. PRO-
PECTVS. A. 1678. M. IVLII. REDIIIT.

IOH. SCHVLTZE.

Nr. I. Insignia familiae. IOH. SCHVLTZ. I. V. L. NAT.
1621. D. 14. DEC. FACT. COS. 1668. D.
20. 20. IVL. DENAT. 1697. D. 2. MART.
A. Palatium; CONCORDI. MENTE. LICANTVR.

TENZEL.

Nr. I. Imago eius, pileati, cum veste pellicea re-
plicata. IMAGO. AD. VIVAM. EFFIGIEM. EX-
PRESSA. 1501. E. R. R. O. A. Terminus
corbi impositus, cum inscriptione: TERMI-
NVS. adiecto lemmate: CONCEDO. NVLLI. CVM
epigr. MORS. VLTIMA. LINEA. RERVV.

N. TESSIN.

Nr. I. Imago eius, ad sinistram versa, capite nu-
do. M. TESSIN. COM. R. SV. SEN. ET. S. MA-
RESCH. A. Liliu: RECTI. ET. CANDIDI.
DECORE.

MART. HERP. TROMP.

Nr. I. Imago eius, armati, capite nudo, aduer-
sa facie, a cuius collo pendent insignia St.
Georgii, cum subscriptione: MYN. HERT.
EN. HANDT. WAS. VOOR. HET. LANDT. A.
Proelium nauale, cum epigr. WAAROM. DOET.
MYLLER. TROMP. DOOR. EYNST. VAN. GOVT.
EN.

EN. SILVER. LEEVEN. OM. DAT. HY. DYSER.
 EEW. DOOR. KRYGS. DEVGD. HEEFT. VERDRE-
 VEN. OBIIT. DEN. 10. AVG. 1653. Num-
 mus malleatus.

Nr. 2. Imago eius, vt in praecedenti. MART. HERP.
 TROMP. R. L. ADM. V. HOLL. E. WESTV. A^o.
 1653. *F.V.A.f.* A. Insignia eius, a duo-
 bus gryphis telamonibus sustentata. Opere
 anaglypho cernitur pugna naualis, supra: OBYT.
 Æ. 56.

WASSENAAR.

Nr. 1. In area: ZOO. ORLOOCHT. DE. BARON. DIE. D.
 ZWEDEN. OVERWON. EN. OPENDE. DEN. MONT.
 DER. TOEGESLOTE. SONT. NIET. ZONDER. LYF-
 GEAER. EEN. EERVOOR. WASSENAAR. EN'T.
 VRYE. NEDERLANT. ZOO. HOVDT. DE. VRY-
 HEIT. STANT. MDCLVIII. A. Classis, cuius
 variae naues naufragium faciunt. Sine epi-
 graphe.

IOH. ET CORN. DE WIT.

Nr. 1. Imagines eorum, palliatorum, cum mitra,
 iunctim positae. ILLUSTRISSIMI. FRATRES. IO-
 HAN. ET. CORN. DE. WIT. A. In area:
 TWEE. WITTEN. EENSCEZINT. GEVLOECKT.
 GEHAET. GEMINT. TEN. SPIECEL. VAN. DE.
 CROOTEN. VERHEVEN. EN. VERSTOOTEN. STAEN.
 NAER. HVN. DOOT. BYEEN. GELYK. ZEY. HIER.
 NAET. LEVEN. ZOO. KONSTIG. ZYN. CEDRÉE-
 VNE. CARL

CARL. GVST. WRANGEL.

- Nr. 1. Imago eius, capite nudo. C. CARL. GVST. WRANGEL. R. S. ARCHISTRAT. P. C. *Breuer.*
A. Fama, super arma et instrumenta bellica volans, dextra tubam, sinistra fertum tenens: DONEC. ERVNT. HOMINES. infra: 1666.

CHRISTIANVS WOLFIVS.

- Nr. 1. Caput eius, facie ad sinistram versa: CHRISTIANVS. WOLFIVS. infra: HALAM. RELIQUIT. MDCCXXIII. A. Sol e nubibus emergens, et in prospectu vrbs, cum epigr. CUNCTANDO. NOVO. INSYRGIT. LVMINE. in exerg. HALAM. REVERSVS. M,DCC.XXXX. K.

VIGLIVS ZVICHEMVS.

- Nr. 1. Caput eius, nudum. VIGLIVS. ZVICHEMVS. PRAESES. Z. A. Mensa, cui imposita est clepsydra, cum epigr. VITA. MORTALIVM. VIGILIA.
2. Effigies eius, cum pileolo. VIGLIVS. AYTA. A. ZVICHEM. V. I. DCC. 1568. A. Similis, praecedenti.

Tabula CLI.

Symbola.

- Nr. 1. **M**Oses, tabulas frangens. A. Duæ tabulae, in quibus praecepta decalogi scripta sunt, cum epigr. THVE. DAS. SO WIRSTV. LEBEN. In margine: DAS. GESFTZ. IST. HEILIG. VND DAS. GEBOTH. HEILIG. RECHT. VND. GVT.
2. Imago Saluatoris nostri, ad sinistram versa. IFSVS. CHRISTVS. ECCLESIAE. CAPVT. A. In area: DEVS. VERVS. FILIVS. DEI. V. VI. HOMO. NATVS BETHLEHEMI. MATRE MARIA. SEMPER. VIRGINE. A. M. MMMMMXCIX. D. XXV. DEC. CAPVT. ECCLESIAE. A. IYDAEIS. GRVCI. AFFIXVS PRO. SALVTE. NOSTRA. SANGVINEM. SVM. CVM. VITA. EFFVDIT. AETATIS. SYAE. A. XXXIII.
3. Caput Christi, facie ad dextram versa. ICH. ERIÖSE. SIF. VON. SÜNDEN. A. Agnus Dei cum vexillo; in margine sunt tormenta Christo adhibita, quibus interscriptum in duplici ordine legitur dictum: SIEHE. DAS IST. GOTTES. LAMB. WELCHES. DER. WELT. SYNDETRECT. ○
4. Imago Christi, dextra pectori admota, sinistra globum crucigerum tenentis. EGO. SVM. VIA. VERI. ET. VITA. I4. A. Agnus Dei cum vexillo. Epigr. AGVVS. DEI. QVI. TOLIT. PECCATA. MYNDI. ○

- Nr. 5. Magi Iesum infantem adorantes, oblati muneribus. EIN. REINER. GLAV. EIN. SEVFZER. HOCH. GEDVLT VNTER. DES. CREVTZES. IOCH. DIE. STYCK. GOLD. WEYRAVCH. MYRRHEN. SIND. SICHENKT. MAN. DEM. NEWGEBORNEN. KIND. A. Iesus infans, claritate circumdatus: IESVS. SEIN. WORT. ERHALTE. FORT. SCHÜTZ. VNS. DARBEY. VOR. TYRANNEY. SOLCHS. VNS. ZVM. NEVEN. IAHR. VERLEYH. MDCXXXV.
6. Iesus in praesepio. IESVS. E. KINT. GEBORN. V. EIN IVNCKER. AVSERKORN. A. Adnunciatio Mariae: AVE. MARIA. GRATIA. PLENA. DOMINVS. TECVM.
7. In area. EN. NOVVS. ANNVS ADFST. SVNT. TEMPORA. PLENA. SALVTIS. QVAE. FERT. NATALIS. MAXIME. CHRISTE. TVVS. 1616. A. Iesus puer in laurea.
8. Christus a diabolo tentatur. PACKE. DI. SATHAN. DV. INTERIM. A. Iohannes Christum baptizans: DIT. IS. MIN. LEVE. SON. DEN. S. GI. HO.
9. Similis. PACKE. DICH. SATHANVS. DV. INTERIM. D. S. G. N. F. A. DIS. IST. MEIN. LEVER. SON. DEN. SOLT. IR. HOREN.
10. Coena Domini. QVI. EDIT. AVT. BIBIT. INDIGNE. IVDICIUM. SIBI. EDIT. ET. BIBIT infra: IOH. 5. A. Israelitae, mannam colligentes: ISTE EST. PANIS. QVEM. DOMINVS. OEDIT. VOBIS. AD. VESCENDVM. infra: EXO. 16.

- Nr. 11. Imago Christi in multo lumine, corona, ex spinis contexta, cincta. EGO. SVM. VIA. VERITAS. ET. VITA. S. D. A. Christus tumulo insidens, dextra poculum, sinistra arundinem tenens, pone illum crux: ET. LIVORE. EIVS. SANATI. SVM⁹. ESA. 53.
12. Christus infans crucem portans, sinistra hirundinem tenens. DAS. PATEN-GELT. MIER. CHRISTVS. CAB. A. In area: IN. SEINEM. BLVT. CREVTZ. TOT. VND. GRAB. ⊙
13. Similis, argenteus.
14. Christus, vulnera monstrans. VVLNERA. CHRISTI. 1626. S. D. A. Angelus crucem portans: NOSTRA. MEDELA.
15. Ionas a balaena deglutitus. QVEMAD. FVIT. IONAS. IN. VENTRE. CETI. TRIB. DIEB. AC. TRIB. NOC. A. Sepulchrum Christi: SIC. ERIT. FILIVS. HOMINIS. IN. CORDE. TERRAE. TRIB. DIEB. ET. TRIB. NOCT. MAT. Nummus fufus.
16. Figura nuda, puida, trunco arboris insidens, inter duas alias figuras viriles, Legem et Euangelium designantes. ICH. ELEN- DER. MENSCH. WER. WIRD. MICH. ERLOSEN. VON. DEM. LEIBE. DIESES. TODES. ROM. A. 7. A. Resurrectio Christi: I. CORINT. 15. GOT. SEI. DANCK. DER. VNS. DEN. SIG. GEBEN. HAT. DVRCHE. VNSER. HERR. IESVM. CRIS.

- Nr. 17. **Christus crucifixus.** CHRISTVS. IS. VM. VNS.
 SV. WIL. GECRVCI. VN. GESTO. AV. D. AL.
 DAN. I. GEL. HA. D EW. LE. IOANNES. 3.
A. Resurrectio Christi: MAT. 28. O. KONI.
 D. EHR. VON. EWL. CLOR. WI. GA. MIT. SO.
 GROS. MAG. V. GEWA. BI. AVFE.
18. **Jonas, vt eum cete in terram euomuit**
 MAT. 12. DISE. EBRECIS. ART. SVCT. EIN.
 ZEGN. ES. WIRT. IR. KAIN^c. GEEN. DAN. DAS.
 ZEIGN. DES. PROVETEN. IONAS. ION. I. LVC. II.
 WIE. ION. EIN. ZEGN. WAR. **A. Resurre-**
rectio: RO. 6. CHRISTVS. IST. AVFERWECT.
 VON. DEN. TOTN. DVRC. DI. HERLIKET. DES.
